



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Quid sit causare gratiam ex opere operate. n. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

2 *Conferentia Theologico Morales. Tit. I.*

Eucharistia, quæ in tabernaculo existens nullam talem gratiam videtur significare.

RESOLUTIO : In Sacramento Eucharistiæ significatur *gratia subsistens*, sive ipse Christus realiter & invisibiliter præsens speciebus Eucharisticis, in Ordine ad sanctificandum hominem digne percipientem tale Sacramentum. Neque enim est de essentia Sacramentorum, semper actu causare gratiam, sed quod [quantum est de se] semper sit causativam gratiæ, si debitæ conditiones ac dispositiones adsint.

CONFERENTIA. III.

3. **Q**uæritur tertio : Quomodo ergo Sacramentum dicitur signum practicum, & ex opere operato causare gratiam, si eam non infallibiliter ipso sui usu efficiat?

RESOLUTIO : Sacramenta N. L. nihilominus dici esse *signa practica gratiæ*, quia, quantum est de se, semper ipso suo usu eam conferunt, dummodo ex parte subiecti iis utens non inveniatur obex, aut indispositio aliqua non compatiens secum gratiam, quæ est signo practico omnino per accidens. Et dicuntur causare gratiam *ex opere operato*, dum eam non causant vi dispositionis subiecti recipientis, sed vi Sacramentorum debite receptorum.

CONFERENTIA. IV.

4. **Q**uæritur quarto : An inter Sacramenta N. L.